et fruc. vr̄ ma. Nam si arbor aliter se habuerit excidetur supple in morte quā neō potest effugere. et in ignem mittetur dū p ministros demones aīa rapietur et carceri infernali tradetur. ac crucianda illis ignibus exponetur. Christus ergo iesus nos fructificare sic faciat.

¶ Dn̄ica octaua sermo. lxxxvi.

# Ipse spūs testimonium

reddet spiritui nostro. q sum⁹ filij dei q si filij et heredes ad Ro. viij. Nullius testimoniū verius potest dici q̄z testimonium spūssancti. deus em̄ est et ideo mentiri nō potest. Cui ergo ipe spūs testimonium reddit vel phibet q sit dei filius certus est. et q2 om̄is filius heres est de hereditate dubitare nō licet. In verbo ergo premisso duo breuiter notātur. Primū est filiationis dn̄ice certitudo. Scdm̄ est premij altitudo. Filiatiōis adoptatio habet fieri per grām. Retributio siue hereditatis collatio habet fieri p gloriam. Notatur ergo diuini filiatio cum dr̄. Ipe spiritus rc̄. Scdo notatur filiationis retributio cum infertur q si filij et heredes.

A ¶ Circa primū breuiter est notandū q aliquis se patrem ostendit q̄ttuor modis scz p educationē. Cōsucuerūt em̄ filij a parentibus educari ad corpis sustentationem Per eruditionem erudiūtur filij a parentibus ad mentis illuminationem. Per castigationē corrigūtur filij a parētibus ad maloꝝ deuitationem. Per successionē heredes instituūtur filij a parentibus ad patrimonij ꝯseruationem Dico q quis se patrem esse ostendit p educationē. et p amplam bonoꝝ benedictionem Pater em̄ nō solum filiū vestit ⁊ pascit quia in hoc pueri nō differunt a seruis sz filio pre cunctis omnia bona cupit. vnde Genesis. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quem benedixit dn̄s. ecce magnitudo desiderioꝝ. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre. Ecce plenitudo deliciarū abundantiā frumenti et vini et olei. ecce copia diuitiaꝝ. Seruiāt tibi populi et esto dn̄s fratrum tuoꝝ. ecce sublimitas bonoꝝ. Vide q̄d ds̄ filijs suis faciat quos sic ardenter amat. quos delicijs faciat. quos diuitijs dilatat. et quos honorib⁹ sic exaltat. Sed ve malis filijs qui patrem tam pium diligūt. sed de tantis bonis ingrati sunt et dyabolo potius q̄z xp̄o obediunt. ppter qd̄ pater pius cōqueritur Isa. j. Filios enutriui et exaltaui. ipsi aūt spreuerūt me. Heu filij pessimi tantis bonis ingrati. q2 cornices que coruini generis aues sunt. sicut a suis parentibus nutrite fuerunt. versa vice dum parentes ad senectutē deueniunt et eoꝝ pēne cadunt. filij pennis pprijs eos operiūt et calefaciunt et cibo quo possunt eos pascunt. Quid est ergo q populus xp̄ian⁹ sic a deo dilectus. sic sublimat⁹ sic gratijs ⁊ donis adornatus magis q̄z volatilia celi est ingratus. Nulla gens est sub celo q̄ sic suum despicit deum sicut ppl's xp̄ianus Nam si quis inter sarracenos malum de Machimeto diceret. qui eū deū esse non credunt sed pphetam dei. sine vlla miseratione eū occiderent. Sed xp̄c verus ds̄ tota die inter nos blasphemat̄. et ei⁹ matri a ribaldis iniurie irrogāt̄. Nec restat qd̄ puniat sed inuenit̄ potius qd̄ defendat Unde dn̄s cōminatur talibus filijs Isa. xx. Ve inquit filij desertores vt faceretis ꝯsilium et nō ex me. et ordirem ī telam et nō spm̄ meū. multa quotidie fiunt ꝯsilia. multa fiunt statuta. sed p tpalibus obseruandis. non p iniurijs puniendis. Caueant ingrati filij ne faciat illis de⁹ quod facit pellicanus. Dicitur em̄ d̄ pellicano q qn̄ filios suos mortuos esse cernit. copiose sup eos sanguinē suū fundit. et sic eos vite restituit. sed ppter sanguinis effusionē intm̄ fit debilis. vt querere cibum non possit. vn̄ coacti pulli cibū ei querūt. ⁊ quidam ex eis naturali pietate ꝯmoti parentem pascūt. Sed q̄dam ex eis degeneres

Ostendit se aliquis ee patrem 4or modis

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-472/0268
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG